



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Origo Societatis & Schismatis Anno 1535. n. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

9.

HISTORIÆ  
PROVINCIÆ ANGLICANÆ  
SOCIETATIS  
IESV.

LIBER PRIMVS.



Acta sunt in Italia ab Ignatio Societatis Iesu funda-  
menta sub idem ferè tempus quo in Anglia Henricus  
Octauus fēdum schisma ordiri aggressus est; diuino  
plane consilio, ut quo tempore summi Pontificis au-  
toritas à superbo & luxuriantे Rege cæpta est conuelli,  
codem illius ordinis femina ponerentur, qui & le Pon-  
tificum obsequio peculiaris voti religione adstringeret,  
& orbem vniuersum in *sancta sedis* debita veneratione conaretur retinere:  
Tum vero cùm tēpla diruere, religiosas domos euertere, innoxio se maculare  
sanguine, furenti audaciā Rex progrederetur, & Societas ipsa Pontificis di-  
plomatibus est stabilita, & in hanc lucem editus Londini Edmundus ille  
*Campionus*, qui primus deinde è Societate fuso sanguine Christi vicarij  
potestatem in ea insula asseruit, & non defuturos esse qui in posterum affi-  
rerent commonstravit.

Origo So-  
cietatis &  
Schismatis  
Ao. 1535.

II. *Anglia* tamen è Prouincij ad septentrionem pōsitī Societatem pene po-  
strema conspexit; & (quod non in postremis eius locandum est malis) didicit  
prius odio habere, quām quid odio prolequeretur agnosceret. Nimirum schis-  
mate altius imbibito vna videbatur caula Romanae sedis, & eorum qui se ei  
sedi obseruandæ deuouerant: Illam communiterre execrabantur hæretici,  
hos quā nouo legum genere in pietatis exercitia vniuersalē Maiestatis no-  
mine

1540.  
Bombinus  
vit Camp.  
c. i.

B